



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm  
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa  
tres primos Symboli Catholici Articulos**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphaliae, 1608**

Thesis Decimaqvarta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35415**

**Prædicans  
agnoscit  
Caluinisui  
blasphe-  
mias.**

aspernatur. Pleraq; impia Caluini dogmata i-  
psius Nouatorumque sunt propria & priuata,  
nisi quod eadem vetustis etiam hæresiarchis  
fuerint olim usurpata. Sed nō hæc Caluinum  
cum suo Caluangelio ab impietatis suspicione  
eximunt: satis est vt Dominij Christi cense-  
tur euersor, si arma quibus propugnari Chri-  
sti regnum maiestasque debuit, vt versutus  
proditor Christianis extorqueat, hebetet, dif-  
fringat.

## THEISIS DECIMA QVARTA.

**E**X his nullo iam labore hac corollaria conficies. 1.  
Caluinise quarum fidei secundum articulum tota  
distare cœlo, ab eo quem tradiderunt Apostoli, & si co-  
gatur ad aperti sermonis usum efficiter & amplius  
execrandū. ET IN NON IESVM, ACHRI-  
STVM PRIVIGNVM, VNICVM DEGE-  
NEREM. 2. Caluinianis paulo religiosorem esse  
Diabolum, ut qui ad nomen Iesu Christi ex obsessis cor-  
poribus Marc. 9. face ssat, filium q̄\_3 Dei agnoscat, cum  
illi ne latum quidem vnguem, vel manu ad leuandum  
pileum sublatā, vel poplite ad flectendum curuato si-  
moueant. 3. Iure suo Caluigenas Familianos in An-  
glia in præfat. lib. contra familiam amoris an-  
no 1577. Lond. editi. Frisia, Hollandia: Libertinos  
in Gallia, Flandria, Brabantia, VVestphalia. Caluin.  
contra Libert. Seruetianos in Transyluania, Hun-  
garia, Polonia, negare Christum verū esse Deū: sed tan-  
tum nudū hominem & philosophū datum humanoge-  
neri.

neri. Simlerus in prefat.lib.de æterno Filio  
Dei, ut sit rectè viuendi exemplum, aut ut paulo ma-  
iora cum Melanthone canamus, Phil.in locis com.  
Hallæ Anno 1539. fol. 8. in Christo non totum, sed  
aliquid esse diuinæ naturæ substantialiter.

## CAPVT XII.

## De Corollarijs.

**I**Nsurgit aduersus hæc corollaria totis viri-  
bus Prædicans, Iesuitas lædorijs, fannis,  
mendacijs, calumnijs adeo cumulatè onerans,  
ut cum aliàs alios Sathanas atque aduersarios  
& improbos calumniatores vicerit, tum hic  
non mediocri progressu superarit etiam sei-  
psum. Expostulat contra infernalis Cerberi  
latratus, hoc est, voces Iesuitarum (sic enim &  
adhuc acerbius loquitur) de iniuria innocen-  
ti Caluino irrogata, & simul ex postulationi  
miscet Sathanica conuitia: tractat & retractat  
caluinianorum erga Christum, nomenq; Iesu  
reuerentiam mentiens aduersus solem meri-  
dianū, & querelas pariter apud Deum homi-  
nesque de innocentia caluinistica deponens.  
Sed stultè hæc omnia: ex præmissis iā antè de-  
monstratis necessario corollaria isthæc cōse-  
quuntur. Notū est ex vero nil nisi verū in legi-  
tima syllogismi forma deduci. At verissima  
sunt quæ ex caluino hactenus probauimus.  
Sed surda aure preteruehamur diras caluino-